

## IN NOMINE DO-

MINI NOSTRI JESU CHRISTI,

INCIPIT TESTAMENTUM MAGISTRI  
Raymundi Lulli, & primùm de  
Theorica.

**D**EUS QUI GLORIOSE OMNIPOTENS existis, propter te amare, diligere & recolere incipimus artem presentem, ut filiis veritatis patefiat, quod in parte occultatum fuit à nobis, & ut fiat illis complementum tam excellentissimæ nobilisq; partis philosophiæ, quam manifestabimus in hoc nostro abbreviato volumine, quæ est de transmutatione non solum perfecta, imò perfectissima, ad quam sophistæ nunquam pertingere possunt, & sine causa hanc inclytam scientiam diffamant: & ideo istum dictum librum relinquimus filiis nostræ doctrinæ per modum testamenti, quem dividimus in tres libros principales: scilicet Theoricam, Practicam, & Codicillum, quæ tres partes distinguuntur in quatuor distinctiones, quæ sunt figuræ circulares, definitiones, mixtiones, & applicationes differentiales, pro secundo libro practicali & pro primo theoreticali. Iste liber in quatuor distinctiones divisus est, & sunt primò figuræ circulares, definitiones, mixtiones, & applicationes differentes secundo libro practicali, & primo libro theoreticali. In nomine & reverentiæ, potentiæ & sapientiæ cœlestis, tibi fili doctrinæ clarificare intendimus donum nobis datum, per processum necessarium, sine quo plenaria noticia illius rei, quæ est una, compositivæ de

Vol. 4.

A